



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 79. Innici Caraccioli Cardinalis fatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

oppidorum ei subjectorum incolæ ad-
versus illum apud S. Sedem graves
detulissent querelas, Benedictus XIII.
hanc Abbatiam in Episcopatum trans-
mutandi consilium ceperat, Bernardus
vero, quamvis hanc Insulam sibi nullo
ferme negotio vindicare potuisset, sum-
mis tamen precibus instabat, ut Pon-
tifex mutato consilio novum Abbatem
eligendi copiam Monachis faceret.
Mortuo hoc Papa Bernardus decima
Aprilis die S. Comitia ingressus, a
nonnullis Cardinalibus in Successorem
expetebatur: At ubi die vigesimo ter-
tio ejusdem Mensis Scrutinium acce-
deret, repente apoplexia correptus
obiit, nonnisi sexaginta sex annos na-
tus. Per solutis in Sacello Paulino
exequiis Corpus ejus translatum est
ad Ecclesiam Abbatialem S. Mariæ de
Mentorella Diæcesis Tyburtinæ, quæ
de Jure patronatus illustrissimæ hujus
Familiaë est.

§. LXXIX.

Innici Caraccioli Cardinalis fata.

Editus est Innicus Caracciolus Nea-
poli die 9. Julii Anno 1642. in op-
pido Martinæ, quod vetustissimæ hujus
Familiaë feudum est. Pater fuit Fran-
cisus Martinæ Dux, Mater vero Bea-
trix

Sæc. XVIII.

A. C. 1730.

trix Caracciola hæres Marchionum de
 Ariola. Iuiculus a teneris in patri-
 sese in bonarum artium disciplinis stre-
 nue exercuit, ingenio sagaci præditus
 nec minus morum integritate. In
 in Hispaniam delatus, inter Aulicos
 profanis negotiis distentam duxit æro-
 tem. Exacta autem adolescentia, vita
 severioris ardorem concepit, ac de
 pessendo statu Ecclesiastico tandem be-
 rio cogitavit. Eapropter Romam pro-
 fectus, ab Innocentio XI inter Ro-
 manæ Curie Præsules cooptatus est.
 Quæsitur dein fidei in Insula Melitensi
 electus, hunc Magistratum non sine
 magna laude tamdiu gessit, donec a
 Alexandro VIII. Romam revocatus.
 Congregationi de disciplina Regularium
 a secretis esse juberetur, quo in munere
 eximie virtutis, prudentiæ, ac integri-
 tatis merito eluxit, adeo, ut Innocen-
 tius XI. illum ad Insulas natum exi-
 maret, ipse vero ultro oblatum insignem
 Archiepiscopatum Capuanum accipere
 tare, constantissime recusabat, se non
 ferendum tantum onus impari esse
 ratus: Ast hæc ipsa ejus humilitas be-
 nedicentium XII. permovit, ut eum vo-
 canti Averfanæ Ecclesiæ Episcopum
 præficeret: Iteratis ergo vocantis Del-
 vocibus pertinacius obfistere veritas
 humeros oneri subjecit. Ut primus

ad Ecclesiæ gubernaculum adsedit, Sæc. XVIII. A. C. 1730.
 huc animum defixit, ut verbo & exemplo dissolutos Cleri mores corrigeret; eo fine saluberrima condidit decreta, Diæcesin quotannis ipse lustravit, & Synodum Diæcesanam coegit, tandemque Clerum ad pristinam Ecclesiæ disciplinam reduxit. Quæ cum adeo prospere successissent, populum ad virtutum, quibus ipse præfulsit, imitationem suaviter compulit, rudes fidei præceptis imbuit, sceleratos mira longanimitate & tempestiva severitate emendavit, probos æterni præmii spe, & pœnæ metu in crebris sermonibus firmavit, cunctisque ipse pietate ac integritate sanctioris vitæ facem prætulit. Idem inter primas curas habuit liberalitatem in pauperes, ad quorum sublevamen non raro cibos mensæ suæ appositos in illos distribui iussit, redditus quoque, quos tam ex sua Ecclesia, quam ex patrimonio aut beneficiis habebat, omnes quotannis usque ad ultimum assem in Pauperes erogavit, subtractis duntaxat, quæ ad frugalem sui sustentationem, & ad ædificia Sacra, quæ extruxit, necessaria erant: Cathedralem quippe Ecclesiam magnis sumptibus restauravit, Seminarium e fundamentis erexit, optimisque Præceptoribus instruxit. Quo profusior
 autem

Sæc. XVIII. autem esset in pauperes, eo durior sit
 A. C. 1730. magisque parcus erat, in victu fruga-
lis, in potu sobrius, in corporis cultu
 mediocris, ab omni fastu alienus, et
 vel maxime sibi austerus: Per sæpe humi
 cubabat, ut plurimum non nisi in cu-
 citra straminea: Cetera virtutum spe-
 cimina, quæ vigilantissimus hic Pastor
 per triginta tres Episcopalis sui Regni
 minis annos edidit, Romæ Anno 1730
 in unum volumen collegit Michael Sa-
 lioccus Averfanæ Ecclesiæ Canonicus
 in sua epitome virtutum Cardinalis *Leoni*
Caraccioli. Annusolvebatur huius
 sæculi decimus, cum Clemens XI. Apo-
 stolicum ad Helvetios Nuntium Apo-
 stolicum decerneret, iniquissimo pro-
 tempore; tum enim bellum ardebat
 Catholicos inter & Zwinglianos, his
 in opem accurrentibus Toggiensium
 qui adversus San-Gallensem Abbatem
 cujus subditi erant, seditionem con-
 tabant, quæsito obtentu, quod his
 illis Calvinianæ Religionis libertatem
 imminuisset. Toto turbarum tempore
 Innocentius potissimum intentus erat, ut
 pristina reduceretur concordia, aut
 saltem, ne Catholici cum maximo vera
 fidei detrimento cum hostibus pacifice-
 rentur: Eo fine totam rei seriem Ro-
 mam rescripsit ad Pontificem, qui non
 modo publicas indixerat preces, *vel*
 etiam

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

etiam ex paterno peculio decem aureorum millia in Catholicos eroganda ad Nuntium transmissit, quibus adjungere Cardinales, alique Proceres Romani pro continuando bello sacro plusquam bis centies mille aureos. His suppetiis auctus Cardinalis, Catholicos strenuis adhortationibus animavit, nec etiam post adversos rerum successus dereliquit. Confecta tandem pace a Clemente XI. revocatus in laboris præmium Romana Purpura decoratus est, mox tamen obtento galero rubro ad Aversanam Ecclesiam suam fidelis Pastor reversus, in gravem incidit morbum, quo demum feliciter defunctus, bina vice Romanis interfuit comitiis, electis ibi Innocentio XIII. & Benedicto XIII. His quoque vita ereptis denuo Innicus Romæ suffragio suo promovit electionem Clementis XII. quo ad Pontificatum assumpto stranguariæ doloribus graviter vexatus, cum iter ad suam Ecclesiam pararet, die sexta Septembris iter æternitatis agredi cogitur, annos natus octoginta octo, mensem unum, & dies viginti septem. Corpus ejus primo ad Ecclesiam S. Agathæ, postea ad illam S. Mariæ de Victoria PP. Carmelitarum Discalceatorum, ac tandem ab ejus Pro-Nepote Martino Innico Carracciolo

Hist. Eccles. Tom. LXXIII.

Z ciolo

Sæc. XVIII.
 A. C. 1730.
 ciolo Averfam traductum in ejus Ec-
 clesia Sponsa quiescit, erecto magnifico
 prorsus tumulo; quamvis Cardinalis
 testamento cavisset, ne lapideum ex-
 geretur monumentum aut alia excu-
 peretur epigraphæ præter hanc: *Opus
 Innici Caraccioli Cardinalis.*

§. LXXX.

Caroli Collicolæ Cardinalis obitus.

Carolus duxit genus e Patritia stirpe
 Collicolarum, qui in Umbria top-
 sagoque clarissimi, Religione pii, literis
 conspicui, ac vetustate celebres per
 plura sæcula floruerunt. Carolus noster
 Patrem habuit Joannem Baptistam, &
 Matrem Annam Valentiam de Bar-
 lettis. Natus est anno Christi millesimo
 sexcentesimo octogesimo secundo
 Spoleti, quod ditionis Ecclesiasticæ
 oppidum est. Ibidem in Christianæ
 doctrinæ præceptis, ac literarum rob-
 oris eruditus, anno ætatis decimo
 tertio Romam venit, ut in Collegio
 Romano sacratioribus disciplinis expo-
 laret animum. Curriculum Peripatet-
 ticum emensus erat, cum jurispruden-
 tiæ animum intenderet, & quidem tan-
 egregio profectu, ut Doctorum hono-
 res emeretur. Anno hujus sæculi
 septimo Præsulum Romanæ Curiae in-
 stitu-